



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. I. Ad Tit. XXXVIII. de Procuratoribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

**Rubrica in  
prima com-  
pilatione  
aliter ha-  
bet.**

**Advocati,  
& patroni  
causarum  
differunt.**

Capitulum primum est ex concilio Lateranensi, sub Alexan-  
dro tertio, capite XII. In primâ compilatione non ita concipitur  
hic titulus: Sed de officio *advocatorum*: In reliquis penitus o-  
mittitur. In quintâ habetur: Sed ponitur capitulum, quod  
Gregorius sub titulo suæ collectionis superiori, de officio Judi-  
cis, collocavit. Prohibentur autem clerici in subdiaconatu, &  
supra, coram seculari Judice advocare. Ita loquitur capitulum,  
id est, postulare. Non enim omnes Advocati causas agunt; Alii  
enim lites dirimunt, ut assessores, Advocati dicti, quia in consilium  
advocantur *l. ult. C. de Advoc. div. judic.* Alii qui adsunt  
alteri in causâ, officii gratiâ. Et appellatur *Advocatus*, usu Ro-  
manorum, et si nihil dicat, vel agat, sed tantum paratus sit defendere:  
Patronus propriè qui agit causam, non accusantis, sed ac-  
cusati. Cicero pro Cluentio: *Quis unquam non modo in patroni  
sed in landatoris, aut Advocati loco viderat.* Et Asconius Pedia-  
nus: *Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur, si ora-  
tor est, aut Advocatus, si jus suggerit, aut presentiam suam commo-  
dat amico.* Sed hodie promiscue sumuntur, patroni, advocates,  
causidici, oratores, Rethores, Scholastici, togati. Advocato-  
rum nomine veniunt locorum quoque sacrorum defensores *Endi-  
xos*, ut in primitivâ Ecclesiâ, qui per uniuscujusque civitatis inco-  
las eligebantur, ut notat Balsamo *ad can. 78. concilii Carthagi-  
ensis*. Vicedomi, custodes, Guardiani, Castaldi.

## ECLOGA X.

### CAP. I.

#### Ad Tit. XXXVIII. de Procuratoribus.

##### C A P I T . I.

###### S U M M A R I A.

1. Capit. I. inscriptio.

4. Ecclesia de Bubet.

2. Capit. II.

3. Salisberiensis Episcopus, non 5. Ad capit. VI.  
Sabinensis.

II-

*Ecloga X.*

95

*Capit. I.*

**I**nscriptio est: *Maximo Salonenſi Episcopo*: Sed in regeſto, *Sa-*

*lonitano*, habetur. Quod omnino ſequendum.

In cap. 2. habetur ejusdem Alexandri III. decretalis. A. *Cap. 2.*

Clericus contendedat cum Epifcopo *Sabin.* Ita Raymundus.

Sed perperam. Collectio II. recte, *Salisberiensi.* Rescribitur in *Salisberien-*  
*Angliam*, ubi nihil juris *Sabinis*, aut *Sabinianis*. Nisi quis ma- *sis Episco-*  
lit, *Sabrinensem*, ad *Sabrinam fluvium*. Sed lectionem compi- *pus, non Sa-*  
lationis antiquæ præfero. Lis, inquam, erat, at quā de re? Su- *binensis.*  
per Ecclesia de *Bubet*. Alii, de *Bribec*, alii de *Bibet*. *Bubetford Ecclesia de-*  
meminit *Malmesburiensis lib. 3. p. m. 276.* Quærant locum, quibus *Bubet*.  
ocium & libri in promtu ſunt. Hanc litem terminandam dele-  
gaverat Alexander Vigorniensi Epifcopo. Clericus ægrotare in-  
cipiens comparere ad condicuum diem non poterat, misit Presby-  
terum & Diaconum ſuum, ad excusandum absentiam. At Com-  
missarius Pontificis, Epifcopus Vigorniensis absentem in expen-  
ſas condemnaverat. Pontifex ſententiam refindit, & A. Cle-  
xicum absolvit.

Capitulum VI. Est Clementis III. Quod ita orditur in com- *Ad cap. VII.*  
pilatione ſecundâ. Ex insinuatione dilecti filii I. Archidiaconi *Sang.*  
*accepimus*, quod cum inter ipsum & magiftrum *W. de Sang.* ſuper  
quâdam præbendâ *Lexov. Eccleſia*, quæ de Pomeria dicitur. Lexo-  
viorum civitas, *Lisieux*, urbs eft Epifcopalis in Normannia ſub  
*Metropolitano Rotomagensi.*

**C A P. II.**

**Ad cap. VII. de Procurator.**

**S U M M A R I A.**

- |   |                                       |
|---|---------------------------------------|
| 1. <i>Permittitur Scholaribus Pari-</i> | 3. <i>Formula Marcolfi procurato-</i> |
| <i>ſtēnſibus per procuratorem a-</i>    | <i>ria.</i>                           |
| <i>gere.</i>                            | 4. <i>Admallare quid?</i>             |
| 2. <i>Ratio dubitandi.</i>              | 5. <i>Mallus.</i>                     |
|   | 6. <i>Lui quid fit.</i>               |